



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque
Exercendi se cum fructu in præsentia Dei**

Coloniæ Agrippinæ, 1687

Quomodo mens in Deum per considerationem creaturarum sit elevanda

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](#)

*Affectiones.**Ps. 76. 14.*

156

*138. 7.**ibid. v. 8.*

Quis Deus magnus, sicut Deus noster? Tu es Deus, qui facis mirabilia?
Quo ibo à spiritu tuo? & quo à facie tu fugiam?
Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum ades.

4. De sanctitate Dei.

*1. Reg. 2. 2.**Levit. 11.*

45.

Matt. 5.

48.

Ps. 144.

17.

110. 9.

88. 8.

33. 9.

Non est sanctus ut est Dominus.
Sancti eritis: quoniam ego sanctus sum.
Estote perfecti, sicut Pater vester celestis perfectus est.
Justus Dominus in omnibus viis suis: & sanctus in omnibus operibus suis.
Sanctum & terribile nomen ejus.
Deus qui glorificatur in concilio sanctorum.
Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus.

*Affectiones.**Ps. 5. 5.**ibid. v. 6.**ibid. v. 7.*

Non Deus volens iniquitatem tu es.
Neque habitabit juxta te malignus, neque permanebunt injusti ante oculos tuos.
Odisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium.

Exercitii

II.

CAPUT XXXIII.

Quomodo mens in Deum per considerationem creaturarum sit elevanda.

Phile.
Iud. lib. de vita con-
templ.

Veteres authores qui de vita sanctorum Patrum nostrorum in Eremo scripsere, divi-

nam

nam Philosophiam ipsam appellant : quia res humanas non considerabant ut humanas , neque solum corporeis illis oculis intuebantur, sed inde occasionem arripiebant elevandi se in Deum, nunc potentiam ipius admirando, nunc infinitam ipsius sapientiam recognoscendo, nunc ipsum de maxima ejus liberalitate benedicendo, nunc gratias agendo de bonitate, nunc sumendo occasionem ipsum excitandi ad exercitium virtutum ipsumque perdiscendi , uno verbo, cunctas res visibiles attrahendo ad sensum spiritualem.

D. Greg.
Naz. orat.
s. sub initia;

Postquam igitur Fratres nostri in habitu actiones suas bene peragendi eoram Deo: cum certis devotis mentis suae subinde exercitus elevationibus, provectiones aliquantò fuerint, huic exercitio assuescere satagent, atque omnia in desiderii, quo ardenter placendi Deo, eaque perfecte se uniendi, nutrimentum convertere edilcent.

In quo
confitaz
hoc exer-
cituus.

Illud erat exercitium magni Anachoretæ S. Antonii in deserto. Hunc enim cum aliquando interrogasset Philosophorum nonnemo, qui ad ipsum inviserat: Quomodo tempus suum posset absq; librorum lectione transfigere ? respondit ille , hoc in deserto esse sibi librum multò majorem amplioremque illis omnibus, quibus Bibliothecæ instruuntur, scil. universum mundum compositum extot foliis, quot sunt creaturæ, atq; in illo se ubi voluerit, legere mirabilia Dei, eaque majori cum voluptate contemplari, quam curiosa præbere Philosophia possit.

Histor.
Tripago.
lib. 8.

Ea etiam fuit praxis Prophetæ Regii : Domine , ait , Dominus noster , quam admirabile est nomen tuum in universa terra ?

Z 3 Quo-

358 DE ELEVATIONE AD DEUM

v. 4.

Quoniam video cœlos tuos , opera dñitorum
tuorum , lunam & stellas quæ tu fundasti .
Atque alibi inspecto naturæ egregio ordine lu-
mit occasionem hanc ad Deum vibrandi aspi-
ritus perm
obed
eit
rem
verò
ret r
octo
ne c
voce
opp
cede
con
Ali
pali
tud
can
Fra
suv
dei
tan
tur
int
ca
no
m
ol
ip
co
q
ai
S

Ps.103.24. rationem : Quam magnificata sunt operatus
Domine ? Omnia in sapientia fecisti , implea-
est terra possessione tuâ.

Hujus generis exercitium tribus illis pueris
Israëlitis usitatum erat , adeoque familiariter illi
assueverant , ut etiam in medio fornacis arden-
tis , in quam conjecti fuerant , Deum in suis
creatulis benedicere non intermisserint , singu-
las speciatim nominando ; illic enim compo-
suere peregregium Canticum illud , cuius ini-
tium est : Benedicite omnia opera Domini Di-
mino .

Vide totum
caput 43.
Ecclesiastici.

Pluribus in locis nos monet Scriptura exte-
bus quibusvis occasionem sumere corda no-
stra elevandi ad cœlum , quia hoc medium est
animum habendi Deo semper unitum . Vidi
arcum & benedic eum , qui fecit illum , | valde
speciosus est in splendorc suo .

Exempla .

Seraphicus Pater S. Franciscus hunc exercitio
nem assueverat , ut Deum in omnibus
omnino rebus admiraretur : Creaturas enim
omnes Fratrum ac Sororum nomine compel-
lando , eo quod omnes habeamus eundem
Deum pro Patre , illas ad laudandum Creato-
rem suum invitabat . Quadam die (interalia)
juxta fenestram cellulæ suæ cantillantem au-
diebat cicadam , cumque interius ad benedi-
cendum Deum animalculi hujus voce fuisset

S. Bonav.
in vita
c. 8.

per-